Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26106
Copyright: Admont, Benediktinerstift



211

passus in carne. propter nos huius sancti tempus quod
septem dies agitur in azimis sinceritatis et veritatis p
cipit esse utendum. omniq; semper nisu nos desideria ter
rena quasi egypti retinacula fugere. et velut amunda
na segregatos conversatione presertim solitudine ter ad
monere subire iuritur. Et querebant summi sacer
dotes et scribe quomodo eum dolo tenerent et occiderent.
Dicebant autem. Non in die festo. Ne forte tumultus fiere
populi. Qui debuerant in pascha eucharistiam parare victimam.
Emundare templi parietes et pavimenta verrere vasa mun
dare. et secundum ritum legis purificari ut esu agni digni fie
rent congregantur ineuntes consilium quomodo occidant
dominum. inuenientes seditionem ut simplex sermo demonstrat.
s; cauentes ne auxilio populi desuris manibus; tolleretur:
Et cum esset bethanie in domo symonis lepsi et recumbere.
Passurus pomni mundo et universas nationes suo san
guine redempturus morabatur in bethania domo obedientie
que quondam fuit symonis lepsi. non quod lepsus illo tempore
permanere. s; quia ante lepsus postea a saluatore mundatus
est nomine pristino permanente ut iuritus curan tus
appareat. Hic et in catalogo apostolorum cum pristino uicio et officio
matheus publicanus appellatur quia certe publicanus esse desierat.
Quidam symonem lepsum uolunt intellegere partem populi qui
credidit domino et abeo curatus sit. Symon quoque ipse
obsequiens dicit: Venit mulier habens alabastrum
unguentum nardi spicati pretiosi. et fracto alabastro effu
dit super caput eius. Mulier ista maria erat magdalena
soror lazari quem suscitauit dominus ut iosis commo
morat quia etiam hoc factum ante sex dies paschae testatur:

H.

xliiii.

R.